


Stockmans, Pieter

Deductio ex qua clarissimis argumentis probatur contra ...



Tryck // / I25 B 14 c Br. 1667

Tillkomstär 1667

Digitaliserad år 2019



National Library
of Sweden

9537

Stockmans

DEDUCTIO

Ex qua

CLARISSIMIS ARGUMENTIS

probatur contra

GALLOS.

Non esse

Jus Devolutionis in Ducatu Brabantiae

*Nec in aliis Belgii Provinciis ratione Principum eorum
prout quidam illorum conati sunt asserere.*

Das ist:

Deductions - Schrift

In welcher

Wider die Franzosen mit Sonnenklaren

Gründen bewiesen wird

Daß derselben Könige

In dem

Herzogthumb Brabant

Und

Andern Niederländischen Provinzen kein Recht der

Devolution oder Heimfallung habe / wie ihrer etliche zu bes
haupten sich unterstanden.



Gedruckt im Jahr 1667.

Hist
Hedul
Polit
(Pr.)
1667

Nemo ignorat Sermones in circulis omnibus per Galliam ventilatos de jure succedendi in has provincias, si contingeret Regem Catholicum præpropere in fata concedere, tum consultationes cum Jurisconsultis Belgii clam habitas de eodem argumento, ac nominatim de Ducatus Brabantiae devolutione, ac pactorum nuptialium, caducitate, ob non solutam dotem, Sponsæ Regiæ promissam sperni omnia potuerunt, quamdiu apud imperitam turbam haerent; Verum ne popularis error, tandem perveniat ad eos qui magnis cogitationibus subinde indulgent, visum est futilitatem motarum apud vulgus quaestionum in aperto ponere designatis erroribus, atque ita subductis fundamentis quibus plebæ disceptationes, & hallucinationes niti poterant.

Frustra se fatigant, qui per adversionem pactorum nuptialium ad Ducatus Brabantiae successionem viam nituntur

Dies ist jederman bekant / was massen in allen Kreyssen Franckreichs von dem Successions Recht in diesen Provincien, wann der Catholische König durch frühzeitigen Tode abgehen sollte / geredet / auch was für heimliche Rathschläge mit den Rechtsgelehrten in Niederland dieser Materij halben gehalten worden / und benantlich von der Heimfallung des Herkogthumbs Brabant / und Verfallung der Heuraths-Pacten / weilten das der Königlichen Braut versprochene Heuraths-Gut / nicht geliefert worden: Dieses alles hätte man / so lang es bey dem gemeinen und unerfahrenen Volck geblieben / vielleicht auß der Acht schlagen mögen: Aber damit dieser gemeiner Leute Irrthumb nicht auch endlich diejenige einnehme / welche etwas höhere Gedanken und Anschläge habe / erachte ich vorrathsam / die Nichtigkeit deren unter dem gemeinen Volck entstandenen Fragen / mit Darstellung des Irrthumbs und Entziehung der Gründe auff welche das gemeine Volck ihren Streit und falsche Meinung gründen möchte / an den Tag zu geben.

Vergeblich bemühen sich diejenige / welche auß den Heuraths-Pacten der Tochter ester Ehe / mit Ausschliessung des in zweyter Ehe gezeugt

aperire filia ex primo matrimonio genita, excluso filio secundis nuptiis procreato, quasi sublatis clausulis renunciatoris iisdem pactis comprehensis nihil impedimenti supersit ut locus fiat consuetudini ejusdem Regionis, quae dicitur dissoluto matrimonio bona superstitis Parentis devolvi ad ejusdem thori liberos, exclusis his qui ex secundo matrimonio fuerint geniti. Nihil enim certius est quam seposita etiam omni renunciatione nullam spem succedendi competere posse filiae, quamdiu masculus haeres superest, neque hoc intuitu factum esse, aut necessariam fuisse ullam renunciationem, nec eam quae generalibus verbis in contractu nuptiali concepta est, hunc eam casum respexisse, quo filius masculus superesset Patri ad alias posteriores & Laterales succedendi occasiones atque eventus.

Suo jure filius hanc praerogativam fruebatur, verum si deficeret in totum masculina Regis soboles ope renunciationis agendum fuit, ut filia senior excluderetur à juniore aut hæ-

^{3.} zeugten Sohns den Weg zu des Herzogthums Brabant Succession eröffnen wollen/als wann nach auffgehobenen denselbigen Pacten einverleibten Renunciations-Clausulen, kein Verhindernuß mehr da wäre / daß dieselbe Landsgevonheit/ welche in sich begreiffet daß nach dem Absterben eines Ehegatten des überbleibende Güter auff die Kinder selbiger Ehe mit Ausschließung derjenigen so in zweyter Ehe erzeuget/ gelangen sollen / nicht statt haben solle. Sinte mahl nichts gewissers ist / als daß hindan gesetzt auch aller Renunciation die Töchter/ so lange ein männlicher Erb übrig ist / keine Hoffnung zu der Succession haben kan/ und daß die Renunciation nie hierauff gerichtet / oder zu richten nothwendig gewesen/ und diejenige/ welche in dem Heuraths-Contract mit General Worten begriffen/nicht auff diesen Fall / da ein männlicher Erb zu andern ferneren und nebenseitigen Successions-Begebenheiten übrig ist/ ihr Abschen gehabt habe.

Dieses Vorzugs gebraucht der Sohn auß gebührendem Recht/wann aber der männliche Stamm des Königs ganz abgange wäre/müßte man durch Mittel der Renunciation agiren/daß die älteste Tochter von der jüngern / oder der Französische Erb/ welcher näher/von dem Hispanischen

res Gallicus propinquior ab Hispanico remotiore.

Si investigamus Primas Leges succedendi in Ducatum Brabantiae nihil reperiemus antiquius, vel firmiter, quam quod Anno 1204. Rex Romanorum Philippus in celebri Principum conventu apud Confluentiam instituit his verbis:

Insuper Regia nostra auctoritate statuimus, & memorato Duci concedimus, ut filiae suae si masculum haeredem non habuerit in feudis suis liberè ei tanquam mascululi succedant.

Quorum verborum complexu duo continentur, primò ad illud usque tempus filias incapaces fuisse successionis in Ducatum Brabantiae, quandoquidem in novo privilegio iisdem concedatur: Alterum non simpliciter, & absolutè filias in futurum ejusdem successio-

4.

welcher weiter ist / ausgeschlossen würde.

Wann wir den vornemsten und ältesten Gesetzen von der Succession in dem Herzogthum Brabant nachforschen / werden wir nichts älters noch kräftigers finden / als was der Römische König Philippus Anno 1204. in einer vornehmen Versammlung der Fürsten zu Coblenz mit diesen Worten eingesetzt: Insuper Regia nostra auctoritate statuimus & memorato Duci concedimus, ut filiae suae si masculum haeredem non habuerit in feudis suis liberè ei tanquam mascululi succedant:

Das ist: Wir verordnen über das auß Königlichem Macht / und vergönnen besagtem Herzog / daß seine Tochter / wann er keinen männlichen Erben hat / ihm in seinem Lehen frey als die Manns Erben succediren sollen.

In welchen Worten zwey Dinge begriffen werden / erstlichen / daß bis auff selbige Zeit die Töchter in dem Herzogthumb Brabant nicht haben succediren können / sientemahl ihnen solches durch ein neues Privilegium mitgetheilet wird: Zum andern / daß die Töchter derselben Succession auß zukünfftig nicht gänzlich fähig gemacht

nis capaces esse redditas, verum cum hac limitatione : Si Dux Masculum hæredem non habuerit quem proinde, quando habet, jus pristinum de earum incapacitate illæsum manet.

Sed etsi nullas succedendi Leges proprias Brabantia haberet, sine dubio communium gentium jure hac in parte legenda esset, de quo Politici uno ore pronunciant: Regna, Principatus, Dignitates, hunc succedendi ordinem à primo ortu suo custodire, ut ubi sexus fœmineus à gubernatione publica non omnino excluditur, ita demum admittatur, Si masculi hæredes non extiterint, pro omnibus dicat Arnisaus in Politicis. Cap. 2. sect. 4. n. 11. Jus in omnibus Gentibus inde usque à primordiis regnorum invaluit, ut quantumvis successionis jure utantur, ad filias tamen reipublicæ gubernacula non devolvantur, quamdiu mares supersunt & sect. 12. n. 57. &

5.
macht/söderu mit dieser Limitation wann der Herzog keinen männlichen Erben hat / dannhero wann er einen hat / so bleibt das alte Recht von ihrer Unfähigkeit in seiner Krafft.

Ob aber schon Brabant keine eigene Successions-Gesetze hätte / so müste es ohne Zweifel dieses Falls des gemeinen Völkers-Rechts gebrauchen / von welchem die Politici einhellig sagen: daß die Königreiche / Fürstenthumb / und Herrschafften diese Successions-Ordnung von ihrer ersten Geburt her haben / daß / wo das weibliche Geschlecht von dem Regiment nicht gänzlich außgeschlossen / dasselbe alsdann erstlich zugelassen wird / wann keine Manns-Erben vorhanden. Für alle kan Arnisaus sprechen / welcher in seinen Politicis cap. 2. sect. 4. n. 11. also sagt: Jus in omnibus gentibus inde usque à Primordiis regnorum invaluit, ut, quantumvis successionis jure utantur, ad filias tamen Reipublicæ gubernacula non devolvantur, quamdiu mares supersunt. Das ist: Es ist bey allen Völkern von Anfang der Königreiche her ein solches Recht / daß / ob sie schon des Successions-Rechts gebrauchen / jedoch das Regiment nicht auff die Töchter kömmt / so lang Manns-Erben vorhanden seind: Und sect. 12. n. 57. &

67. *foemina etiam major natu in successione indivisibili excluditur à masculino, & existente masculino redigitur ad instar secundi gradus. Et licet in privatis hæreditatibus aliud jus obtineat, & æquales portiones fæmellas cum masculis auferre patiamur, non inde licet progredi ad successorem in rebus Politicis, & publica exigere ad Leges privatorum.*

Unde liquet nullas vires habere argumentum quod à consuetudine Brabantiae in bonis privatorum desumitur secundum quam liberi primi thori foli auferant paternam hæreditatem, exclusis genitis ex secundo matrimonio, ab eodem Patre quod jus devolutionis vocamus, quasi easdem leges, quæ inter privatos vigent, successio publica ejusdem Ducatus sequi & subire debeat, recta quippe non est ratiocinatio à privatis successionebus ad publicas ut à Politicis Authoribus jam affirmatum est.

Magna est rationis in utraque successione diversitas, cum gravius sit foeminam regimini reipublicæ admoveri eaque in

6.
67. Das Weibsbild ob sie schon älter/wird sie doch in einer unzertheilichen Succession von dem Manns Erben aufgeschlossen/und wann ein Manns Erbe vorhanden/ so wird sie geachtet als gleichsam im andern Grad. Und ob schon in Privat Erbschafften es sich anders verhält/und die Weibsbilder mit den männlichen Erben gleiche Theil haben/ so darff man darvon doch nicht auff die Succession in Politischen Sachen schliessen/ und die Reichsgeschäfte nach den Privatgesetzen schlichten.

Woher offenbahr ist/ daß dasjenige Argument welches von der Gewonheit Brabants in der Privatpersonen Gütern genommen wird/nach welcher die Kinder erster Ehe die väterliche Erbschafft allein wegnehmen/und die auß zweyter Ehe erbohrene aufschliessen/keine Kräfte haben/als wann die Staats Succession desselben Herzogthums eben an die Geseze/welche unter Privatpersonen gelten/gebunden wäre/sintemal der Schluß von den Privat auff die Staats Successionen nicht wol kan genommen werden/ massen von den Politicis schon dargethan.

Es ist ein grosser Unterscheid in diesen beyden Successionen / sintemales viel gefährlicher ist / daß ein Weibsbild zu dem Regiment gelassen

re masculino conferri, quam eandem ad bonorum quorundam privatam possessionem admitti.

Non procedit verò extensio juris de specie una ad aliam ubi occurrit rationis disparitas, quæ etsi deficeret adhuc alio ex capite nõ posset recipi consuetudinis extensio à privata successione ad publicam, quod scilicet Ducatus Brabantie proprias & dissidentes à privato jure acceperit leges à Philippo Rege uti dictum est, cum eâ quibus specialibus provisum est sanctionibus, à generali consuetudine vel lege exempta esse intelligantur.

Denique etsi devolutioni in publica successione Ducatus locus esset dandus: id sine dubio sic accipiendum foret, positis terminis habilibus & personis capacibus ad succedendum, liquet verò ex ante dictis feminas neutiquam habiles esse nisi soboles omnis mascula Ducis Brabantie defecerit, quæ si superfit manet illatum jus Brabanticum vetus de earundem

7.
sen werde/und mit dem Manns-Erben daran theil habe / als daß man sie zu der Besikung der Privat-Güter zulasse.

Es gilt aber die extension des Rechts von einer Gattung auff die andere / nicht / wann man eine Ursach des Unterschieds anzeigen kan / und ob man schon deren keine anzeigen könnte / so könnte doch wegen eines andern Grunds die extension der Landsgewonheit von der Privat-auff die Staats-Succession nicht angenommen werden / weil nemlich das Herzogthumb Brabant eigene und von dem Privat-Rechten abgetsonderte Geseze von König Philippo, wie gesagt / empfangen / sintemal man darvor halten / daß dasjenige / welches mit Special-Sakungen versehen / von der gemeinen Gewohnheit oder Geseze außgenommen seye.

Endlichen / wann schon die Devolution in der Succession des Herzogthumbs statt hätte / wäre solches jedoch ohne Zweifel also zuverstehen / wann zu dem Succediren fähige Personen vorhanden ; Nun ist aber auß vorigem offenbar / daß die Weiber mit nichten fähig seyen / es seye dann daß aller männliche Stamm des Herzogs von Brabant ermangete / und wann einer desselben vorhanden / so bleibt das alte Brabantishe Recht von ihrer Ausschließung auch

exclusionem etiam in privata devolutione: Eadem ratiocinatio obtinere debet, ut Liberi primi matrimonii excludant alios, ita demum si ipsi habiles & idonei sint ad succedendum.

Nullum ab omni vero proferri potest exemplum tam irregularis in Brabantia successionis, ut in regimine publico foemina masculo ejusdem gradus praelata sit. Verum ex adverso non desunt exempla, ubi respectu ejusdem Ducatus neglectum fuerit devolutionis jus.

Carolus V. amissa prima uxore Elisabetha Lusitana ex qua Philippus, uti ex Philippo etiam viduo Maria Lusitana Carolus super erat, de provinciis Belgicis liberè disposuit, in nuptiis ejusdem Philippi Secundi cum Maria Angliæ Regina initis anno 1554. inter cetera spondens, liberos, qui ex isto matrimonio nascerentur, successuros in omnes Belgii Provincias excluso Carolo Philippi filio, quod ei minime licuisset, si per devolutionis leges Ducatus Brabantia, Geldria, &c. pro-

8.

auch in der Privat-Devolution un-
verlezt. Ebendieser Grund sol auch
gelten/ daß die Kinder erster Ehe als
dann erst die andere aufschliessen/
wann sie selbstn tüchtig und fähig
seind zu succediren.

Es kan aber kein Exempel einer
solchen Irregular-Succession in
Brabant vorgebracht werden / daß
das Weibsbild dem männlichen Er-
ben gleiches Grads in dem Regimente
seye vorgezogen worden. Sondern
im Widerspiel hat man deren Exem-
pel genug / da in Ansehen desselben
Herzogthums das Recht der De-
volution nicht geachtet worden.

Carolus V. hat nach Absterben sei-
nes Eheweibs Elisabetha auß Por-
tugal von welcher er Philippum, und
von Philippo als der durch Abster-
ben Maria auß Portugal verwittibet/
einen Enckel Carolum übrig hatte /
mit den Niederländische Provincien
frey gehandelt / indem er in besagtes
Philippi Secundi Heuraths- Con-
tract mit Maria Königin in Engell-
land im Jahr 1554. unter anderm
versprochen/ daß die Kinder so auß
dieser Ehe geböhren würden/ in allen
Provincien des Niederlands succedi-
ren/ und den Carolum ausschliessen
soltten / welches er nicht hätte thun
können/ wann er Krafft der Devo-
lutions- Gesetze / das Eigenthumb
des Herzogthums Brabant / Gel-
dern/

prietate jam exciderat, eaque ad dictum Carolum devoluta erat, uti in privatis devolutionibus est, ubi Patre & Avo viduo bona devoluta ad Nepotem transmissa sunt.

Similiter Philippus Secundus solutus matrimonio cum Elisabetha Francica tertia uxore sua de iisdem Provinciis ex arbitrio suo statuit, & contraxit, cedens eas, ac donans Isabellæ filiae suæ Anno 1598. nubenti Archiduci Alberto, quas etiam certis Legibus reversionis ad stirpem Hispanicam aliis pactis astrinxit, non facturum, si existimasset Devolutionis vinculum sibi injectum & proprietate præcipui Ducatus seu ejusdem dispositione se vi consuetudinis excidisse, quo casu neque cedere, vel donare aut conditiones ullas filiae suæ imponere poterat, utpote cui jam sine ullo onere jus quæsitum erat, si Devolutioni locus in ejusmodi supremis titulis dari debebat. Quibus exemplis conficitur

9.
dern 2c. verlohren gehabt hätte / und dieselbe auff besagten Carolum gesfallen wären / wie in Privat-Erbschafften geschicht / allwo wann der Vatter und Groß-Vatter ver-wittib / die Güter auff den Enckel fallen.

Dergleichen hat auch Philippus Secundus nach dem Elisabetha auß Frankreich seine dritte Frau gestorben / mit denselbigen Provincien nach seinem Willen gehandelt / und contrahirt, und dieselbe seiner Tochter Isabellæ, welche im Jahr 1598. dem Erz-Herzogen Alberto vermählet war / geschencket / welche er auch mit gewissen Befehlen / zu dem Widerfall auff den Spanischen Stammen durch andere Pacten verbunden / welches er nicht würde gethan haben / wann er darvor gehalten hätte / daß ihn die Devolution daran verhindert / oder er die proprietät des vornehmsten Herzogthums und die disposition über dasselbe Krafft der Lands-Gewonheit verlohren hätte / in welchem Fall er seiner Tochter weder cediren noch schencken / oder einige Conditionen aufflegen konnte / als die schon ein ohne alle Verschwörung gegründtes Recht hätte / wann der Devolution in denselben höchsten Titeln Platz gegeben werden sollte. Auß welchen Exempeln darz

neque agnitum fuisse à Principibus nostris Jus Devolutionis respectu harum provinciarum, neque ulla in re effectum habuisse acquiescentibus euntis, quorum interesse poterat.

De quo Jure si dubitatum aliquando fuisset, non omisisset Sabaudia Dom^o 1633, post mortem ejusdem Isabellæ Sororis Germanæ Catharinæ hoc etiam argumento causam suam stabilire, quando omnia quæ potuit, movit ad successionem harum ditionum ex capite Catharinæ sibi asserendum.

Si enim Devolutioni quæ inter privatos viget etiam in ista successione publica locum esse oportebat, dubium non est, cum eo jure securitas proprietatis Brabantia post mortem Philippi etiam ad Catharinam Sabaudicam subordinatè & gradatim pertinuerit, atque ea sublata Anno 1597. Ac deinde defuncta Isabella Anno 1633. Hæredes Catharinæ jus succedendi haberent, si aliud nihil obstaret, sed qui publicis scriptis Domus Sabaudicæ causam

10.

dargethan wird / daß das Recht der Devolution in Ansehen dieser Provinzen nicht angesehen worden / und dasselbe ganz keinen Effect gehabt / indem alle die es anzugehen schienen / damit zufrieden waren.

Wann an solchem Rechten jemahls wäre gezweifelt worden / hätte das Haus Savoy Anno 1633. nach dem Tode besagter Isabellæ der Catharinæ leiblichen Schwester / auch mit diesem Argument seine Sach gründen können / sintemahl es alles / was es hat erdencken mögen / vorgebracht / sein Recht an diese Provinzen wegen der Catharinæ darzutun.

Dann wann die Devolution, welche unter den Privat-Personen im schwang gehet / auch in den Staats-Successionen Platz hätte / ist kein Zweifel / sintemahl demselben Rechten nach die Versicherung der Privatität Brabants nach dem Tode Philippi auch der Catharinæ von Savoy der Ordnung und dem Grad nach gebühret / und also nach dem dieselbe Anno 1597. und darnach Isabella Anno 1633. gestorben / die Erben der Catharinæ das Recht der Succession gehabt hätten / wann keine andere Verhinderung im Weg gestanden wäre. Aber diejenige / welche des Hauses Savoy

Sach

tunc propugnarunt, & quibus potuerunt rationibus & titulis muniverunt, sibi persuasum non habuere, se aliquid praesidii in Devolutione posse collocare, cujus proinde mentionem penitus omiserunt. Sed nullo argumento evidentius convincitur non tantum ipsorum Principum, sed universi Belgii sensum pridem fuisse in successione hujus Principatus Devolutioni locum non dari, quam quod perpetua Lege à Carolo V. Imperatore Anno 1549. sancitum est, Provincias Belgicas deinceps nulla succedendi varietate ab invicem separandas, sed perpetua conjunctione ab uno semper Principe fore possidendas in hisce verbis: Desirans sur toutes choses pourveoir, au bien, repos & tranquillete de nos Pays de par deça, & conserver iceux en une masse, & qu'ils soyent inseparablement possédés par un seul Prince,

Quem scopum ut assequeretur Imperator, differentiam

11.

Sach mit öffentlichen Schrifften verfochten/und mit möglichsten Gründen und Titeln befestiget/haben sich nicht eingebildet/das sie einigen Fuß auff die Devolution setzen könnten/weshwegen sie derselben gar nicht gedacht. Mit keinem Argumente aber wird klärlicher bewiesen/das nicht nur die Fürsten selbst sondern auch ganz Niederland schon längst dafür gehalten/das die Devolution in der Succession dieses Fürstenthumbs keine Statt habe/als das von Carolo V. Anno 1549. durch ein ewiges Gesetz verordnet worden/das die Niederländische Provincien ins künfftig durch keine Verschiedenheit der Succession von einander getrennet/sondern in ewiger Conjunction allzeit von einem Fürsten solten beherrschet werden/indiesen Worten: Und begehren vor allen Dingen auff die Wohlfahrt/Frieden und Ruhe unserer Landen disseits zu sehen/und dieselbe in einem Stück zu erhalten/und das dieselbe unzertrennlich von einem Fürsten sollen besessen werden.

Welchen Zweck/damit ihn der Kaysler erreichte/hat er allen Unterscheid

omnem successionis tanquam
 obicem unicum propositi sui è
 medio movit, introducto per om-
 nes Provincias jure repræ-
 sentationis, quo liberi in succe-
 dendo Parentum suorum, qui
 propinquiores erant locum, &
 personam exhibent, quod tunc
 in quibusdā earundem nondū
 obtinebat, & à quo solo divisio
 compagis hujus corporis Belgi-
 ci metui potuerat. Quam no-
 vam constitutionem ordines
 singularum diætionum, ut paci
 & stabilitati publicæ necessa-
 riam non tantum comproba-
 runt, sed etiam efflagitarunt,
 uti ex actis publicis liquet, ac
 deinde earundem Gubernato-
 res subscriptione nominis sui
 muniverunt his verbis: Mes-
 mes les dits Estats ont
 fait instance devers
 nous que voulussions
 introduire La dicte Loy
 &c. statutions & decre-
 tons qu'en tous nos dits
 pays representation au-
 ra lieu en ce qui touche
 la succession des Princes
 ou Princesses estans ca-
 pables à succeder. &c,

12.

scheid der Succession als die einige
 Verhinderung seines Vorhabens /
 auß dem Mittel weggeraumt / in-
 dem er das Recht der repræsentation
 durch alle Provincien einge-
 führet / nach welchem die Kinder im
 Succediren / ihrer nechsten Eltern
 Grad und Person repræsentiren /
 welches damals in etlichen derselben
 nicht statt hatte / und von welchen als
 lein die Trennung dieses Niederlän-
 dischen Bunds könnte befürchtet wer-
 den. Welche neue Ordnung die
 Stände jeder Landschaft / als zu
 dem gemeinen Ruh und Frieden
 hochnöthig nicht nur gut geheissen /
 sondern auch darumb gebeten haben /
 wie auß den öffentlichen acten zu se-
 hen / und haben es derselben Guber-
 natoren mit Unterschreibung ihres
 Namens auff diese Weise bekräfti-
 get : Es haben auch besagte
 Stände bey uns angehalten /
 daß wir besagtes Gesetz ein-
 führen solten / ic. Setzen und
 ordnen wir / daß in allen un-
 sern besagten Landen die Re-
 præsentation Platz haben sol-
 le / was die Succession der
 Fürsten und Fürstinnen / wel-
 che derselben fähig seind / be-
 trifft ic. Nach diesem folget eine
 lange

Post quæ sequitur longa series nominum adscriptorum non tantum Procerum & Nobilium sed primi subsellii Togatorum puta Præsidis Sacri Consistorii Cancellarii.

Hæc tam sollicita diligentia & providentia tota inanis atque irrita erat, si Provinciarum aliqua jure Devolutionis subiecta, & alia exempta erant, quomodo enim firma poterat esse conjunctio, si quædam ditiones propter jus Devolutionis ad liberos primi matrimonii, alia ad genitos secundi thori pertinere debeant: Exciderit proinde Sapientissimus Princeps scopo suo eo quod jura ditionum suarum ignoraverit; Quod inceptum fuerit cogitare & nemo rerum consultus facile faciet; qui expenderit ordines & consilia Provinciarum præcipua tam solenni Legi condendæ intervenisse, quos omnes jus, in quo quotidie verfabantur ignorasse ab omni verisimilitudine alienum est.

Quæ de Ducatu Brabantia supra dicta sunt non solum a d Limburgensem, qui Brabantia

13.

lange Keyhe der unterschriebenen Herren und Adels/wie auch der vornehmsten Râthe/ als des Præsidenten des Consistorii in der Cansley/ und dergleichen.

Diese grosse Vorsorge und Fleiß wäre ganz vergebens gewesen/wann etliche Provincien dem Recht der Devolution unterworffen / etliche aber von demselben befreiet gewesen wären/ dann wie hätte die Conjunction beständig seyn können / wann etliche Landschaften von wegen des Rechts der Devolution auf die Kinder der erster Ehe / andere auff die Kinder der zweyter Ehe hätten fallen sollen: So hätte derowegen dieser hochweise Fürst seines Zwecks darumb verfehlet / daß ihm das Recht seiner Länder nicht bekant gewesen; welches thöricht wäre zu gedencken / und wird es kein Verständiger thun: wann er betrachtet / daß die vornehmste Stände und Râthe der Landschaften / ein so berühmtes Gesetz zu machen zusammen kommen/welche / daß sie alle das Recht / mit welchem sie täglich umgiengen / nicht solten gewußt haben / aller Wahrheit zuwider scheinete.

Was oben von dem Herzogthum Brabant gesagt ist / das wird auch nicht nur auff Limburg / welches / wie

inseparabiliter connexus est, ut
 omnibus constat sed etiam ad
 Geldria successionem transfe-
 renda sunt, quam enim Legem
 Philippus Romanorū Rex An.
 1204. Successioni Brabātiae præ-
 scripsit, eandem Carolus Quin-
 tus Imperator Ducatui Gel-
 drię imposuit, edicta ad postula-
 tionem ordinū pragmaticā san-
 ctione A. 1549. quā foeminas ad
 successionem Ducatus eisdem
 recipi voluit, si masculi hære-
 des nulli existerent his verbis:
 Autoritate nostrā & de
 plenitudine potestatis
 decernim⁹ & declaram⁹
 hoc nostro Cæsareo E-
 dicto perpetuo, quod in
 nostro Ducatu Geldrię,
 & Zutphanie Comitatu,
 uti in cæteris aliis Pro-
 vinciiis nostris Patrimo-
 nialibus & hæreditariis
 deinceps omni, & quo-
 cunque tempore foemi-
 nę non extantibus ma-
 sculis heredib⁹ succede-
 re possint & debeāt &c.
 Ex qua Sanctione non tantum
 pro Geldria sed etiam pro aliis

14.

wie allen bekant / dem Herzogthum
 Braband unzertrenlich einverleibet
 ist / sondern auch auff die Succession
 Gelderlands gezogen / dann was vor
 ein Gesetz Philippus der Römische
 König der Succession Brabands
 vorgeschrieben / das hat Kayser Ca-
 rolus V. dem Herzogthum Geldern
 vorgesezt / und auff Begehren der
 Stände diese Fundamental: Satz-
 ung Anno 1549. gegeben / in welcher
 er die Weibsbilder zu der Succession
 besagten Herzogthums / wann kei-
 ne männliche Erben vorhanden / zu-
 läst / in diesen Worten: Wir setzen
 und ordnen Krafft habender
 Gewalt und Auctorität mit
 diesem unserm Kayserlichen
 ewig währendem Edict,
 daß in unserm Herzogthumb
 Geldern und Graffschafft Zut-
 phen / wie in allen übrigen
 unsern Erb: Provinzien / ins
 künfftig zu jederzeit die Wei-
 besbilder / wann keine Manns-
 Erben verhanden / succedi-
 ren können und sollen. Auf
 welchem Edict nicht nur vor Geldern
 sondern vor alle andere Landerschaff-
 ten eben diejenige Argumenten / wel-
 che

omnibus Provinciis eadem argumenta profluunt, quæ de Brabatiæ Ducatu adducta sunt, cum manifesta sint verba, uti in cæteris nostris patrimonialibus & hæreditariis.

De Comitatu proinde Namurcensi nihil opus erat dicere, quem etiam constat Anno 1418. à Johanne Novissimo Comite assentientibus Ordinibus Provinciæ Duci Burgundiæ Philippo bono venditum & traditum fuisse hac lege, ut perpetuo inseparabiliter Comitatus Flandriæ maneret annexus, cum quo parem proinde successione Legem subire debet, quæ cum nihil commune habeat cum Jure Devolutionis ita nec habere potest Namurcensis ditio, utcumque inter privatos aliud jus ibidem obtinebat; sed hoc etiam contractu, & pactis adjectis cessantibus, constat Namurcensem Comitatus feudum esse Hannoniæ cujus proinde Leges in successione tanquam feudi dominantis sequi obstringitur, inter quas cum hæc indubitata sit, filiam secundi thori in feudali successione præferri filiabus primi

15.
che von dem Herzogthum Brabant angeführet seind/ herfür fließen/ weisen die Wort / wie in allen übrigen unsern Erb-Provincien/ klar seind.

Weshwegen von der Graffschafft Namur nicht nothwendig wäre zu reden/ als von welcher bekant ist/ daß sie Anno 1418. von Johanne dem letzten Grafen mit Bewilligung der Stände der Landtschafft dem Herzogen von Burgund Philippo, verkauft und übergeben mit diesem Beding/ daß er immer und ewig bey der Graffschafft Flandern bleiben solte/ mit welcher sie derowegē ein gleiches Successions-Recht haben solte/ welches/ weil es mit dem Devolutions-Recht keine Gemeinschaft hat/ also kan es die Graffschafft Namur auch nicht haben / ob schon unter Privat-Personen ein anders Recht damals gehalten wurde. Wann aber schon dieser Contract und angeheffte Pacten nicht da wären / so ist doch bekant/ daß die Graffschafft Namur ein Lehen sey von Hennegau / und also derselben Gesezen in der Succession als ihrer Lehen-Herrschafft folgen müsse / und weilten unter denselben dieses unzweifelich ist/ daß die Tochter zwenter Ehe in der Lebens-Succession den Töchtern erster Ehe
vor

thori, sive in publica sive in privata successione, nihil superest, quod dubietatem hic movere possit.

Sed ut nihil intentum relinquunt, aliquid etiam de ipsa Hannoniæ successione movent, nimirum quod Art. 4. consuetudinum ejusdem Provinciæ sub titulo des Alloëts, statuitur, allodia patrimonialia pertinere ad liberos primi matrimonii sive filium sive filiam, & quamdiu hi supersunt locum nõ dari prolibus sequentis connubii. Qua dispositione, etiam ipsum Comitatum, tanquam liberum & sui juris adeoq; inter allodialia numerandum involvant. Sed quam invita Themide, ostendit ejusdem Articuli, quæ sequitur periodus. Ubi bona ista si ex laterali successione obveniant inter Liberos utriusque matrimonii dividenda esse præscribitur, quam divisionem Comitatu non convenire certum est, cum secundum communem gentium morem soli primogenito semper hic Principatus delatus fuerit integer, uti annales & monumenta publica illius innumeris exemplis ac per omnes penè successiones fidem faciunt,

16.

vorgezogen werde / es sey in Privat- oder Staats Succession, also ist nichts übrig / welches einen Zweifel erregen möchte.

Damit sie aber nichts unangegriffen lassen / so erregen sie auch etwas von der Succession Hennegau selbst / nemlich daß im vierdten Artickel der Lands Gebräuche selbiger Provinz unter dem Tit. des Alloëts gesetzt wird / die väterliche Allodial Güter gehören den Kindern erster Ehe / es seyen Söhne oder Töchter / und so lang diese vorhanden / bleiben die Kinder zweyter Ehe außgeschlossen. In welche disposition sie diese Graffschafft / als frey und die ihres eigenen Rechts / und also vor ein Allodial Gut zu halten / einschließen. Aber wie ungereimt / erweist der nachfolgende Vers / besihe Art. Allwo verordnet wird / daß selbige Güter / wann sie auß einer beyseitigen Succession auff die Kinder von beyder Ehe kommen / unter ihnen sollen getheilet werden / welche Theilung dan wie bekant ist / an der Graffschafft keine statt hat / sintemal aller Völcker Gebrauch nach / diese Graffschafft allein dem Erstgebohrnen ganz zukommet / massen die Jahrbücher und offentliche Schrifften derselben mit vielen Exempeln und schier durch alle Successionen beweisen.

Eben

Similis farinae est alterum argumentum ex iisdem consuetudinibus, cap. 91. Art. 3. de sumptum, ubi feuda acquisita constante matrimonio ejusdem thori liberis addicuntur, & reservantur. Inter acquisita vero à Rege Catholico habendas esse has provincias, hoc colore volunt, quod per mortem Serenissimæ Infantis Isabellæ anno 1633. eidem obvenierint, juxta pacta reversionis contractui nuptiali anno 1598. apposita. Verum præterquam, quod jam sæpius dictum sit, privatorum mores legem imponere non posse successioni publicæ, quæ suas seorsum regulas semper habuit, à civium jure diversas. Hunc intellectum semper admittere debet consuetudo Liberos vocans, aut præferens, si habiles & idonei sint ad succedendum, quales foemina dici nequeunt respectu Principatum ne deficient masculi ejusdem gradus, ut proinde licet Hannonica consuetudo generatim in tali successionem vires haberet, temperanda foret hac exceptione, nisi masculus cum foemina con-

17.

Eben dergleiche Sattung ist auch das andere Argument auß eben diesen Landsgebräuchen cap. 91. Art. 3. genommen/ allwo die in währendem Ehestand erworbene Lehen/ derselben Ehe Kinder zugeeignet und vor behalten werden. Das sie aber von dem Catholischen König vor acquirirt und erworben geachtet werden soll/wollen sie mit diesem Vorwand behaupten/das er sie nach dem Tode der Durchleuchtigsten Infantin Isabella An. 1633. nach den dem Heusraths Contract An. 1598. einverleibten Reversions-Pacten, bekommen. Aber über das/ das schon offemals gesagt ist/ die Gebräuch der Privat-Personen/ können der Staats-Succession kein Gesetz vorschreiben/ als welche ihre Regeln allezeit von dem Bürgerlichen Recht abgesondert gehalten. Diesen Verstand soll allezeit die Gewonheit haben/ welche die Kinder zu der Succession berufft oder vorziehet/ wann sie nemlich zum Succediren tüchtig un̄ fähig seynd/ welches von den Weibsbildern in Ansehen der Fürstenthumb nicht kan gesagt werden/ das also ob schon der Hennegauische Landsgebrauch ins gemein in solcher Succession gültig wäre/ derselbige jedoch mit dieser exception temperirt werden müste: wofern nemlich nicht ein Manns-

E

Erz

currat. Quæ responsio cum plene satisfaciatur nihil necesse est, quod alioquin, vel ex ipsius Gallorum commentariis facile foret ostendere, non posse inter acquisita seu questus matrimoniales numerari ea, quæ ex Avito patrimonio jure sanguinis & stipulationis nuptialis ad maritum connubio durante revertuntur, quod pro constanti consuetudinum hujusmodi interpretamento assumit Præses Britannia Argentæus Artic. 418. ejusdem provinciae consuetudinum quem Authores reliqui facile sequuntur.

Sed per singulas provincias ire superfluum est, cum de omnibus una periodo pronuntiaverit Imperator Carolus V. admitti foeminas ad earum successionem masculis non extantibus, quæ clausula omnem difficultatem penitus abolet, & perimit. Quæ cum ita sint videri poterat supervacuum, de viribus renunciationis in contractu nuptiali à Serenissima Infante Hispaniarum, hodie Gallia Regina facta, differere, cum jam ostensum sit, intra omnem renunciationem Masculum he-

18.

Erbe concurrirt. Welche Antwort weil sie ein völliges Genügen thut/ als ist nicht vonnöthen / welches wir sonst auß der Frankosen Commentariis selbstien beweisen könten / daß das jenige / was auß den väterlichen Erbgütern / auß Krafft des Geblüts oder Heuraths Pacten in wäährendem Ehestand wiederumb an den Mann gelanget / nicht kan vor einem im Ehestand eroberten Gewinn gehalten werden / welches der Præses in Britannia Argentæus Art. 418. für eine beständige Auflegung dieser Landsgebräuche annimbt / deme die übrige Authores leichtlich Beyfall geben.

Es ist aber überflüssig und unnöthig durch alle Provincien zu gehen / sintemahl der Kayser Carolus V. in einem Versicul von allen gesagt / daß die Weibbilder zu derselben Succession sollen zugelassen werden / wann keine Manns Erben vorhanden / welche Clausul alle Beschwerdigkeit gänzlich benime / und darnteder legt: Welches / weil es also beschaffen / möchte man darfür halten / es wäre unnöthig von der Gültigkeit der Renunciation in dem Heuraths Contract der Durchleuchtigsten Spanischen Infantin / welche am 18. Königin in Frankreich ist / zu reden / sintemal schon bewiesen ist / daß ohn eini-
Re-

redem preferendum esse filia, etiam primi matrimonii, licet ipse ex secundo sit genitus.

Verum si de laterali successione controversia incideret atque dicta Hispaniarum Infans tanquam gradu propinquior cæteris anteferri postularret, in his terminis, exceptione renunciationis à se factæ repelli posset, quandoquidem amplissimis verbis atque in omnem prorsus casum à cunctis Regis Catholici dictionibus se pro exclusa habendam esse, juramento declaraverit idque in conclusionem sanctissimi fœderis connubialis, & pace universali Europæ stabilendæ, atque in conspectu & cum applausu totius orbis Christiani assistentibus ipsis Regibus cum familiis Regii sanguinis, ac primis proceribus utriusque Regni, quo nihil potest aut solemnius, aut religiosius cogitari.

Ad cujusmodi tam publicas, & solemnes pactiones permitti non debet ut penetrent argutia Causidicorum, quæ in privatorum conventionibus intervenire solent, veluti de minoritate filia renunciantis, de enormi ejusdem læsione, de

19.
Renunciation der Manns-Erb der Tochter vorzuziehen / ob schon diese auß erster und er auß zweyter Ehe geböhren.

Wann aber von der beyseitigen Succession ein Streit einfallen sollte / und besagte Spanische Infantin als einen Grad näher den andern vorgezogen seyn wolte / alsdann könnte sie mit der exception der von ihr gethanen Renunciation abgewiesen werden / sintemal sie mit einem Eyd bekräftiget / daß sie auff allen Fall sich von allen des Catholischen Königs Landschafften vor außgeschlossen erkläre / und dieses in dem Schluß eines heiligen Ehestands / und Bekräftigung eines Friedens in ganz Europa / in Gesicht und mit Frolocken der ganzen Christenheit / worbey selbst die Könige mit dem ganzen Königl. Geblüt und vornehmsten Herren beyder Königreiche gewesen / über welches nichts herrlicheres noch andächtigers kan erdacht werden.

In solchen so öffentlichen und mit solcher Solemnität geschlossenen Pactionen / sol man die Rechtsgelehrten nicht zulassen / wie in Privat-Personen Handlung geschicht / zu grübeln / nemlich über die Minderjährigkeit der Tochter die da renuncirt, von ihrer

non numerata tempestivè do-
tali pecunia, quæ ad certam
diem promissa erat, aliaque hoc
genus, quæ hodiè in vulgus ja-
ctata sunt; quos omnes cavillos
nulla magis quam Gallica juris-
prudencia explodere solet, quã
declinare, tanquam sibi dome-
sticam eadem natio non potest;
videre autem licet, quid juris-
prudencia ista dictat apud An-
næum Robertum, Chopinum,
Molinæum, Cujacium, Papo-
nem Charondam, Magnard:
Fabrum aliosque plurimos pri-
mæ notæ Authores, inter quos
celeberrimos Arrestorum Col-
lector, Louet, & sub notati
ejusdem Brodeau inter res con-
stantes à supremis Tribunalibus
judicatas refert ejusmodi re-
nunciationses Filiarum non at-
tenta minorennitate aut læsio-
ne semper pro firmis fuisse ha-
bitas, præsertim quæ tendunt ad
illustriſſimarum familiarū con-
ſervationem, verba prædicati
Brodeau lit. R. num. 17. sunt:
C' est chose certaine &
reglée par les arrests, que
telles renunciations aux
ſuccessions futures dire-
ctes, & collaterales par
un contract de mariage,

20.

rer allzugrossen Læſion, item / daß
das Heuraths: Gut nicht bey Zeit/
auff welche es versprochen/ gelieffers
worden/ und was dergleichen mehr
unter dem gemeinen Mann außge-
streuet ist; welche Cavillationes alle
kein andere als die Francköſiſche Ju-
risprudenz erdencket/ als die solcher
von Natur angebohren/ und also un-
vermeidlich ſeind/ man ſehe aber was
diese Jurisprudenz bey dem Annæo
Roberto, Chopino, Molinæo, Cu-
jacio, Papone, Charonda, Magnar-
do, Fabro und andern vornehmen
Authoren gelte/ unter welche Louet,
welcher die Arresta zusammen ge-
ſamlet/ und Brodeau, unter die bes-
ständigste von den höchsten Gerich-
ten gefällte Urtheil/ erzehlet / daß
dieselbe Renunciationses der Töch-
ter unangesehen der Minderjährig-
keit oder læsion, allezeit vor gültig
gehalten worden / ſonderlich wann
ſie auff die Erhaltung hoher Famis-
lien gerichtet ſeynd/ wie Brodeau ſas-
get lit. R. n. 17. Es ist ein gewis-
ſes Ding/ und durch die Arre-
sta beſtätigt/ daß solche Re-
nunciationses der künfftigen
Geraden oder beyſeitigē Suc-
ceſſion durch einen Heuraths-
Contract/ deren die Renun-
ciation in ſich haltende clau-
ſulen

du quel les clauses con-
tenants les renuncia-
tions sont accessiores &
coherentes, prennent la
mesme nature, soit entre
Nobles, ou Roturiers, &
que les filles n' en peu-
vent estre relevées pour
quelque cause & prete-
ste, que ce soit de mino-
rité, crainte ou lésion e-
norme &c. sed potissima
vis, & impressio ex adverso col-
locatur in hac clausula pactis
nuptialibus inserta, quæ Galli-
co idiomate sic concepta est.
Que Moyenant le paye-
ment effectiv fait à sa
Majestè tres Chrestien-
ne desdits cinqcents
mille escus aux termes,
qu' ila estè cydevant dit,
la dite Serenissime In-
fante se tiendra pour
contente &c. Cum verò
ad constitutam diem pecunia
soluta, aut oblata non fuerit, de-
ficere ajunt, causam renuncia-
tionis, atque adeo ipsam renun-

21.
fulen accessoriae und anhängig
seynd/eben eine Natur ha-
ben / es sey unter Adel oder
Unadel / und daß die Töch-
ter nicht umb einiger Ursach
oder Vorwand willen / es sey
Minderjährigkeit / Forcht o-
der grosse læsion, derselben
mögen enthaben werden. Nun
steckt die größte Krafft und Würck-
ung in dieser den Heuraths-Pacten
einverleibten Clausulen/ welche auff
Teutsch also lautet: Daß/ wo-
fern man dero Aller-Christ-
lichsten Majestät die besagte
fünffmahl hundert tausend
Reichsthaler auff obbesagte
Zielerlegen würde/ wolte die
Durchleuchtigste Infantin
damit zufrieden seyn/ 2c. Weil
aber das Geld auff bestimbte Zeit
nicht gelieffert / sagen sie / habe die
Renunciation keine Krafft/ aber es
ist dieser unfreundlichen Streng-
heit

ciationem, sed refragatur in hu-
 mano rigori æquitas juris, quæ
 moræ purgationem & emen-
 dationem re integra semper ad-
 mittit, nam promissor post mo-
 ram offerendo purgat moram
 inquit. Lex. 27. ff. de verb.
 obligat. Deinde ut quam ri-
 gidissimè omnia procedant nõ
 hic est moræ effectus, ut con-
 tractus propterea ipse rescinda-
 tur, sed damnum quod inde e-
 venerit, sarcitur, ita si emptor
 in solvendo pretio moram fe-
 cerit, usurarum, seu ejus quod
 interest præstatione defungit-
 tur, illæso manente contractu;
 Ipsi Gallix Jurisconsulti ante
 laudati in hac ipsa specie re-
 nunciationis Nuptialis juri
 communi insistentes nullam
 rescissionem admittunt ob de-
 defectum numerationis, quia ut
 inquit Molinæus Pragmatico-
 rum Gallix Coryphæus, filia
 non per numerationem dotis,
 sed per conventionem excludi-
 tur, & qui molliori jurispruden-
 tiæ indulgentes, reditum ad
 successionem paternam ali-
 quando filix concedunt, mode-
 rationem istam recipiunt, ut
 priusquam filiam cui promissa
 dos numerata non est, ad suc-

22.
 heit die Billigkeit zu wider / als wel-
 che allezeit eine purgation des Ver-
 zugs und Verbesserung / wo noch
 nichts versäumet ist / zuläßt / wie l. 27.
 ff. de verb. obligat. redet. Zum
 andern / wann man schon alles auff
 schärffste nemen wil / so ist dieses doch
 nicht die Wirkung der moræ, daß
 deswegen der Contract selbst soll
 uffgehoben werden / sondern daß der
 Schaden / den man deswegen erlit-
 ten / gut gethan werde; Also wann der
 Käufer mit Erlegung des Gelds
 über bestimbee Zeit verziehet / so gibet
 er sein Interesse, und bleibet der Con-
 tract in seinen Kräfften: Die Franz-
 sösische Rechtsgelehrte selbst / las-
 sen in dieser Gattung der Renun-
 ciation, dem gemeinen Rechten fol-
 gende / keine Rescission zu von we-
 gen der Ermanglung der Bezahlung
 des Gelds / sintemal wie Molinæus
 aller Pragmaticorum Coryphæus
 sagt / so wird die Tochter nicht durch
 die Darzählung / sondern durch den
 Contract außgeschlossen / und welche
 etwas gelinder gehende / der Tochter
 mit der Zeit einen Zugang zu des
 Vatters Gütern gestatten / die haben
 diese Mäßigung darbey / daß / che
 sie die Tochter / deren man das Heu-
 rathsgut nicht gelieffert / zu der Suc-
 cession deren sie abgesagt / zulassen /
 sie.

cessionem quam abdicavit, admittant, diem solvendi prorogent, nono termino assignato, ita ut interea reditus ad successionem non concedatur prout per Senatus consulta Galliae confirmat idem Brodeau Lit. R. num. 18.

Deinde renunciatio filiae ex hoc capite vitii arguitur, quod non tantum futura, & incerta successione se abdicaverit, sed juri per devolutionem jam questito, & delata per dissolutionem Matrimonii proprietati bonorum paternorum renunciaverit, quod juris autoritas minorennibus non permittit, cum non alia de causa hujusmodi renunciaciones filiarum admittantur, quam quod propter incertitudinem pendentis successione, & dubium eventum lucri, vel damni nulla possit adhuc considerari laesio, quae est contrario tunc manifesta est, cum non tantum acquirenda sed acquisita successioni renunciatur. Sed praeterquam quod Devolutionis vis omnis in pu-

23.

sie den Tag zu bezahlen prorogiren / auch mit Bestimmung des Neundten Termins / also das unter dessen ihr der Zugang zu der Succession nicht erlaubt ist / wie Brodeau mit den Rathschlüssen in Franckreich lit. R. num. 18. beweiset.

Darnach wird auch diese Renunciation der Tochter auf dieser Ursach eines Mangels beschuldiget / das sie nicht nur einer künfftigen und ungewissen Succession abgessagt / sondern einem solchen Rechten welches ihr von wegen der Devolution schon würcklich gebühret / und das sie der durch Auflösung des Ehestands ihr zugefallenen proprietät der väterlichen Güter renunciirt, welches das Recht den Minderjährigen nicht zuläßt / sintemahl diese Renunciaciones der Töchter umb keiner andern Ursach willen zugelassen sind / als weil wegen Ungewisheit der annoch zweiffelhafftigen Succession und Ausgangs des Gewinns / und Schadens / noch keine laesion kan gespühret werden / welche im Widerspiel alsdann offenbar ist / wann man nicht nur der Succession die man noch erwerben sol / sondern die einem schon würcklich gebühret / renunciirt. Aber über das / das alle Krafft der Devolution in Staats-

sachen

blis jam rejecta sit, ex ignorantia naturæ ejusdem juris nata est hæc ratiocinatio & hallucinatio, cum jam rerum judicatarū constanti autoritate quæ vim consuetudinis habet, receptum sit, devolutionem haberi non posse, pro specie successio- nis, quæ vivo parente proprietatem bonorum ejus adjiciat liberis primi thori, quod certum sit, viventis non esse hæreditatem, nec devolutio aliud operetur quam vinculum injicere bonis paternis, intuitu, atq; in rem liberorum cum interdito alienandi, donec casus succedendi per mortem superstitis parentis eveniat, quæ cum deficere etiam possit, si nempe liberi ante patrem defungantur, nulla hîc fingi potest certitudo acquisitionis, cui renunciari à filia non possit, nec dici proprietatem mox à thori dissolutione pertinere ad liberos, quæ esse genuinum sensum hujus juris consuetudinarii Belgii pragmatici & consulti Galliæ tanquam rem peregrinam hæcte-

24.

sachen verworffen/ so ist auß Unwissenheit desselben Rechtens dieser Schluß und Irrthumb herkommen/ sintemal auß beständiger Autorität der Urtheile / welche die Krafft einer Gewonheit hat / offenbar ist/ daß die Devolution nicht kan vor ein Gattung der Succession gelten/ als welche bey Leben des Vatters die Proprietät seiner Güter den Kindern erster Ehe zuertheilt/ sintemal es gewiß / daß man einen der noch lebet/ nicht erben kan/ und daß die Devolution nichts anders würcke / als daß sie den väterlichen Gütern eine Ketten anwerffe / und den Kindern zu gutem mit dem Vorbothe der Alienation, biß daß sich der Fall zu succediren/ durch den Tod des überlebenden Vatters zugetragen/ welcher / weil er auch ermanglen kan / wann nemlich die Kinder vor dem Vatter sterben/ als kan hier kein Gewißheit der acquisition erdichtet werden / deren die Tochter nicht renunciiren möge/ ingleichem auch kan man nicht sagen / daß die Proprietät gleich von Auflösung des Ehestands an/ den Kindern gehöre/ welches daß es der rechte Verstand dieses Landbräuchlichen Rechten sey / habendie Niderländische und Französische Pragmatici und Consulti als ein frembdes Ding seither nicht gewußt/ aber